



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 27. Bellum Alberto nuntiatum, præliumque commissum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

**Sæcul. XVI** tonici Ordinis Magistro, Joanni Friderico, Wittembergico Duci, Hassiae Landgravio, & Norimbergensibus, omnibusque aliis vicinis injungebatur, ut opem Episcopis ferrent. Insuper ipse met Mauritius fœdus cum Brunsvicensi pepigit auxilia Episcopis pollicitus: verum nimis tarda erant ejus subsidia; quippe Albertus jamiam Episcoporum ditiones ferro, flammaque devastabat, captaque Bambergensi civitate, Franconiae Nobilitati bellum nuntiabat: postmodum vero Schweinfurtum occupat, iludque imposito præsidio munit.

§. XXVII.  
*Bellum Alberto nuntiatum, prælium que commissum.*

*Sleidan.*  
p. 922.  
*Belcar.* l. 26.  
num 8  
*Thut.* i. 12.

Tam inhumana Alberti crudelitate permoti Mauritius, ac Brunsvicensis Dux cum Cæsare armorum societatem adversus Albertum inibant, eidemque bellum nuntiabant. Hic, quamvis hostium suorum viribus impar esset, priorem tamen copias suas in aciem educit, quinimo aggredientem Mauritium præstolari, aut signa inferenti resistere adeo non sollicitus erat, ut etiam prior illum bello lacefferet, eumque insequeretur; quippe in Saxoniam magna celeritate contendens trajecto Visurgo flumine in Diœcesi Hildesheimensi, ac Lüneburgensi

gens ditione castra metatus est, locum Sæcul. XVI.  
fibi feligens valde depresso, silvisque A. C. 1553.  
undique cinctum, ad quem nonnisi per  
vallem saxis repletam, viamque longe  
asperrimam aditus patebat. Ex adver-  
so Mauritius castra tenebat in loco emi-  
nenti, atque aperto, cumque pruden-  
tia, ac circumspectione præcelleret, op-  
portunam ineundi prælia occasionem  
quiete præstolabatur: verum Albertus  
audacia, quæ omnis periculi contem-  
ptum inconsulte inspirare solet, anima-  
tus Mauritium ad pugnam provocat; ast  
loci iniquitate factum, ut potissima equi-  
tatus sui parte jamjam cæsa totus exer-  
citus funderetur, unde vitæ suæ fuga  
consulere intentus prælia aciem hosti suo  
cedere cogebatur.

## §. XXVIII.

*Mauritius parta victoria ex vulnera  
mortuus.*

Nihilominus Mauritius globi istu in  
latere dextero ad ilia accepto tra-  
jectus tertio post die obiit, non sine in-  
genti Cæsaris, atque Imperii luctu; om-  
nes enim Magni Principis, fortissimi Bel-  
liducis, ac magnanimi, rarique exempli  
Herois jacturam dolebant. Porro cum  
nullam prolem vita superstitem relin-  
queret, Augustus ejus Frater eidem in  
Saxonie Electoratu succedebat. Cete-  
rum